

diaconatu Lusacie sita, vel Jus praesentandi Rectorem ad Eccles. parochial. in Lubbin habebat iste Ludov. de consensu illustrium principum dictorum Marchionum Misnens. qui terram Lusacie cum universis suis pertinentiis tunc tytulo pignoris habebant, Eccles. Misnensi dedit in hunc finem quod dicta praepositura cum omnibus suis pertinentiis Archidiaconatui Lusacie incorporaretur perpet. tempore etc. Huc usque Archidiaconatus Lusatie non solum tenues, immo nullos pene certos redditus obtinuit — Incorporat ergo Eccles. in Lubbin cum omnibus — et jure patronatus seu jure praesentandi Rectores ad ecclesias ad ipsum praepositum in Lubbin pro tempore ab antiquo pertinentes etc. — Archidiaconatui Lusicensi propter ipsius paupertatem notabilem — juribus Episcopalibus duntaxat consuetis pro Episc. Misnensibus, et Legatorum sedis Apostol. procurationibus nec non congrua de ipsius eccles. proventibus pro presbitero eidem Eccles. Lubbenensi deservire debenti, pro tempore porcione inibi, reservatis etc. Testes litterarum Episcopalium: Nicolaus dictus Kuchinmeister avunculus Episc. Johan, eccles. Misn. — Lutoldus de Stuttirnheim et Siffridus Hanfmas Canonici Eccles. Würceinens. Petrus de Medewitz Curiae Episcopalis Magister, Theodericus de Kemnitz Capellanus Episc.

1 3 6 7.

Littera Caroli IV. Imperat. Super Eccles. parochiali in Lubbin Archidiaconatui Lusacie incorporata.

v. Diplomatar. Misn. MSt. Vol. I. p. 296. sq. Vol. III. p. 1195.

Carolus quartus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus et Bohemie Rex, Honorabilibus Praeposito, Decano et Ca-